BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 73v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



miter fere ad omnes tortuli partes furni
calor attingat. ¶ Et ferculum quidem ex pane
abluto factum infrigidativum est calefactis
conveniens, neque oppilationes neque grave
dinem generat. Et melior abluendi modus est
ut panis medulla per noctem in aqua calida
infusa permaneat, et post aliquociens cum fri
gida abluatur. Sic enim caliditas, siccitas,
viscositas, et fermenti qualitas, a pane re
movetur. ¶ Piper in capitulo de aromatibus. ¶ Pi
sellum in capitulo de robilio. ¶ Porrum in capitulo
de acrumine. ¶ Pinus in capitulo de grano
pini. ¶ Passer pavo. perdix. porcus. et pulmo
et pedes. in capitulo de carne. ¶ Alie in capitulo cene

Risum calidum est et siccum magis quam
frumentum: sed temperamento pro
pinquum est: multi existens nutrimenti
ad siccitatem declinantis. Sed si cum
lacte et oleo amigdolino et zuccharo
coquatur remittitur exiccatio et constrictio
quas facit et proprie si per noctem in aqua
furfuris infundatur. sic enim me
lioris et maioris existit nutrimenti:
coytus quoque materiam auget. et cor
pus impinguat. Si autem cum aqua